



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

XIII. De sententia Excommunicationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Qui sibi mortem inferunt, habentur similes illi qui impotentem moriuntur. h. d.
Novissime sciendum est pro his, qui quocunque prae-
 textu voluntarie ferro, vel veneno, vel suspensio, vel
 quolibet modo sibi mortem inferunt, nullam in oblatio-
 ne faciendam esse commemorationem, & Ecclesiastica
 eos debere carere sepultura, non aliter atque illos, qui
 pro suis sceleribus impotentem moriuntur.

DE INIURIIS, ET DAMNO
 DATO.
 TITVLVS XI.

Inferens injuriam & damnum, debet damnum passu satisfacere, nec illum excusari ignorantia. h. d.

Mitius a cum his agitur, qui in pugna vel rixa
 aliquem lapide, vel pugno percussierint. Si enim ille mortuus non fuerit, sed in lecto jacue-
 rit, vel operas exercere fuerit impeditus, qui percussierit,
 & opera ejus, & impensas b immodicas restituet. Et
 generaliter, si culpa e tua datum est damnum, vel inju-
 ria irrogata, vel alius irrogantibus opem tulisti, aut hac
 imperitia tua, sive negligentia evaserunt, jure te super
 his satisfacere oportebit: nec te excusabit ignorantia, si
 scire debuisti ex facto tuo injuriam verisimiliter posse
 contingere, vel jacturam.

Si tuum animal damnum dabit, potest liberari illud dedendo, nisi sit ferum animal & nocere solitum, & non fuerit adhibita debita diligentia. h. d.

Quod a si animalia tua nocuisse proponantur, ni-
 hilominus ad satisfactionem teneberis, nisi ea pro
 noxa dando damnum passis, te ipsum velis liberari: quod
 tamen ad liberationem non sufficit, si fera fuissent anima-
 lia, & quae nocere consueverant, & quam debueras, dili-
 gentiam non adhibuisti. Diversum statuitur in eo, qui
 ut damnum non contingeret, nihil omisit.

Injuria inferuntur in verbis, literis: & poena est arbitraria. h. d.

Inferuntur e autem injuria tribus modis: Re, Verbis,
 & Literis. Re, ut cum manus inferuntur. Verbis, ut cum
 conviciam dicitur. Literis, ut cum in alterius vituperatio-
 nem carmen, aut famosus libellus conscribitur: quibus
 omnibus casibus pro qualitatibus admissi & atrocitate,
 prudens iudex poenas irrogabit.

Conficiens famosum libellum, & manifestans, pari poena puniuntur. h. d.

Eo amplius si quis famosum libellum inveniit, & non
 statim corruperit, vel combusserit, sed ejus tenorem
 dolose manifestaverit, quasi author, plectendus erit.

DE ECCLESIASTICIS CENSURIS.
 TITVLVS XII.

Posit continuationem precedentium & sequentium. h. d.

Postquam tam primo lib. personarum, quam secun-
 do rerum Ecclesiasticarum tractatum cum his, quae
 annexa sunt, summatim complexi fuimus, subinde
 ad reliquos venientes, iudiciorum tam Civilium, quam
 Criminalium materiam & seriem explanavimus, deli-
 ctorum & naturam & poenas breviter perstringentes:
 cum tam ratione continentiae, quam etiam aliorum ex-
 cessuum Ecclesiasticis censuris interdum aliquos inno-
 dari variis locis admonuerimus, superest nunc ut operifi-
 cem imponentes, de ipsis censuris suis & distinctius dif-
 feramus.

*Quid veniat appellatione censura Ecclesiastica, quid sit excom-
 munitio, quid interdictum, quid suspensio. h. d.*

Ecclésiastica censura nuncupatio tria regulariter com-
 plectitur: scilicet, Excommunicationis, Interdicti,

a C. ex. cod. ti. b In medicis, melius. c C. si. ext. cod. ti. d C. si. quod. ext. eo. ti. e gl. in ver. impura. c. si. ext. eo.

& Suspensionis sententiam. Excommunicatio est a com-
 munionem exclusio. Interdictum Ecclesiasticum, est a cer-
 tis sacramentis, & omnibus divinis officiis & sepultura
 Ecclesiastica facta prohibitio. Suspendio, est inhabilitas
 quadam ordinum, vel officiorum executionem impedi-
 diens. Sed ne de omnibus simul tractantes, legentium
 difficultatem ingeramus, distincte de singulis differamus,
 ac primum de Excommunicatione.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICA-
 TIONIS.
 TITVLVS XIII.

Minor excommunicatio a percipiente sacramentum, Minor etiam a fidelium communionem separata. h. d.

Excommunicatio quum dux sunt species, minor scilicet,
 & major. Minor est, per quam quis a sacra-
 mentorum participatione conscientia, vel licentia
 arcetur. Major est, per quam quis non solum a sacra-
 mentorum excluditur percipiente, verum etiam a com-
 munionem fidelium, quae ab omni actu legitimo legatur,
 ac dividit: & haec alio nomine, a *Anathema* appella-
 tur.

*Excommunicationum alia sunt lata sententia, alia ferenda. lata sententia est, cum quis sine facto iudicis a jure excommuni-
 tur. h. d.*

Rursus excommunicationum alia Canonis, alia
 Canonis est, quae quis ab ipso solum Canonis
 absque iudicis ministerio innodatur, quae etiam sine
 capitulo lata sententia excommunicatio nuncupatur. Scien-
 dum est enim complures esse casus, in quibus adeo quis
 delinquere existimatur, ut nulla expectata iudicis pro-
 nuntiatione ipso jure excommunicationis vinculo inno-
 detur: quod quidem, quanquam innumeralibus prope
 exemplis declarari possit, unius tamen casum pro-
 tutione contenti erimus.

*Qui Deo dicatos homines corporaliter offendunt, eosdem ex-
 communicationem lata sententia, a qua non possunt absolvi, nisi per
 Papam. h. d.*

Si quis igitur b in clericis, regulares, monachos, pro-
 fessos, vel novitios, vel conversos, violentas & impu-
 manus injecerit, ipso jure Canonis incurrit excommunicationem,
 qua praeter quam a Romano Pontifice, vel ejus de latere
 legato c, a quoquam absolvi non poterit.

*Complices inferentium manus violentas clericis, pari poena cum
 inferentibus puniuntur. h. d.*

Sed & si manus quis violentas non inveniit, inferenti
 tamen vel author, vel fautor, vel adjuvator fuerit, aut fa-
 ctum ratum habuerit, pari poena illum plectendum. Ca-
 tholica sanxit auctoritas, eos etiam delinquentibus favore
 interpretata, qui cum possunt, manibus Sacerdotum delincent
 obviare.

*Detinens, vel ducens clericum in vincula, incurrit excommuni-
 cationem lata sententia, nisi faciat de voluntate ipsius prae-
 latorum. h. d.*

Interdum etiam nullam corporis actionem clericis
 quis intulerit, excommunicationis tamen poenam non
 evadet: ut puta d, si laicus in publica, vel privata ecclesia
 illos detinuerit, vel in vincula coniecerit, nisi prae-
 id de mandato faciat praetorum, quorum illi sunt iudi-
 cationi subiecti: tunc enim citra excommunicationis vin-
 dictam, & capere clericos, & ad iudicium violenter de-
 mittere licet poterunt: cum hoc non ipsi, sed illi quorum
 auctoritate hoc faciunt, agere videantur, cum tamen
 non amplius eorum se extendat violentiam, quam delictum
 clericorum exigit.

a Can. si. q. 6. b Canon dicitur. ext. cod. c Ca. ad. res. neutram. ext. cod. d Ca. nuper a nobis. ext. cod. ti.



Si Abbas imperet laico, ut monachum etiam causa disciplina verberet, uterq. incidit in excommunicationem: secundum si impertit clerico ex causa necessitate, h. d.

Quod autem diximus, non facientes, sed eos quorum sit auctoritate, quid facere videri, absolute non procedit. Nam a si laicus, qui in Abbatis ipsius servitio commemoratur, ejusdem jussu in clericum, vel conversum, vel monachum etiam subdito causa manus injecerit, tam qui tales verberari precipit, quam qui mandato verberat alterius, excommunicationis sententiam non evadent. Nam si disciplina regularis gratia id faciendum sit, vel Abbas id per se ipsum faciat, vel si necessitas urgeat, per clericum, vel monachum id fieri jubebit.

Tam percussus volentem clericum, quam clericus consentiens, sunt excommunicati, h. d.

Volentem b quoque clericum si quis percusserit, nihilominus excommunicationis censuram incurret: ut responsum est de eo clerico, qui cum laico injuriam intulisset, volens secundum consuetudinem patrie pro injuria illata offenso satisfacere, sponte sua fustium se subiecit percussioni. Quamquam enim haec manuum injectio non sit violenta, tamen injuriosa videtur: & Canon respexit non tam in favorem clerici ordinati, quam clericis ordinis: unde hoc casu tam percussus, quam seipsum percussoribus sponte subiciens excommunicationis sententia innotabit.

Perit tres casus, in quibus percussus clericus in Canone lata sententia non incidit, h. d.

Ex contrario accidit interdum, ut etiam pro violenta manuum injectione excommunicationi quis non subiacetur: veluti e si clericum sibi manus inferentem ita quis incontinenti vi repellat, ut lacionem inferat: aut in eum, quem cum uxore, matre, sorore, vel filia turpiter se gerentem invenerit, manus violentas injecerit. Idem statuitur, & de eo, qui illum percussit, quem probabiliter ignorabat esse clericum.

Interficiens clericum, qui post habitum committunt enormitates, non sunt excommunicati, h. d.

Quinimo est occidit quis clericos, vel Presbyteros, qui contempto clericali habitu sceleribus sese immiscuerint, in odium clericali excessus Canone lata sententia minime coercetur: frustra enim Ecclesiae implorat auxilium, qui in Ecclesiam ipsam committit d.

Quaratione officii vel intuitu disciplina clericos percussit, non sunt excommunicati, h. d.

Item si qui ratione e officii, quod obtinent in Ecclesia, aut si clericis seniores, pueros, vel adolescentes in minoribus ordinibus constitutos divinum turbantes officium, vel etiam qui magisterii, vel praedicationis obtentu subditos & scholares correctionis causa percussent, excommunicationis sententiam non incurrent. Quod & de his intelligendum est, qui aliquos de familia sua, vel propinquos inferiorum graduum simili modo, ut ab excessibus prohibeantur, & scientia bonisque moribus informantur, corrigendos duxerint, & ab his casibus compluribus.

Ex causa potest quis absolvi alio, quam ab Apostolico, h. d.

Quod si autem supra diximus, ab hac excommunicatione, ab alio quam ab Apostolico, aut ejus legato absolvi neminem posse, non est perpetuum. Nam si quis excommunicationis latae sententiae vinculis innotatus, in mortis articulo constitutus reperitur, aut capitales habeat inimicitias, aut alias justas excusationes

a C. universitatis, ext. eod. b C. contingit interdum, ext. eod. tit. c C. si vero el. si vero, ext. eod. d C. in audientia, s. ad hoc, ext. eod. tit. e C. cum voluntate, s. si, ext. eod. f C. quatuor incidit, ext. eod. tit.

nes, ita ut sine periculo Apostolico se nequeat conspectui praesentare, licebit diocesano Episcopo juramento secundum morem Ecclesiae recepto, sibi absolutionis gratiam impertiri.

Cessante causa cessat effectus, h. d.

Periculo a tamen & impedimento cessantibus, quam cito commode poterunt, ad sedem Apostolicam se praesentabunt, mandatum illius super negotiis, pro quibus excommunicati fuerant, humiliter recepturi, & prout justitia suadebit, satisfacturi: alioqui si id facere contempserint, ne temere, & impune censura Ecclesiastica illudatur, ipso jure in eandem sententiam recident: quod generaliter constitutum est, quotiescunque legitima subsistente causa, ab alio quis, quam ab eo, a quo alias de jure absolvendus fuerat, absolutionis beneficium consecutus fuerit: & quibusdam casibus similibus.

Si modica sit illata injuria clerico, vel qui intulit non provectis sit etatis, potest Ordinarius absolvere eum, qui incidit in Canonem lata sententia, h. d.

Item b si non enormis, sed modica & levis injuria fuerit clericis irrogata, inferens per Episcopum absolvi poterit. Item aetatis intuitu Iuris rigor mansuetudine temperatur. Unde e si in pueritia constitutus in Canonem incidit sententia promulgata, five ante, five post pubertatem sese absolvi postulet, diocesanus Episcopus absolutionis beneficium impertiri poterit.

Monachi, vel moniales si invicem, vel conversos percussent, sunt ab Abbate, vel Episcopo absolventi, h. d.

Monachi quoque, & alii Regulares quomodocunque d in claustris sese invicem percussent, non ad Apostolicam sedem remittendi sed secundum providentiam proprii Abbatis coercendi erunt, quod si Abbas non sufficit, Episcopus adhibendus erit. Simile statuitur de monialibus: nam si vel in se invicem, vel conversos, aut conversas suas, aut etiam clericos violentas manus injecerint, ne contra muliebri sexus verecundiam, & regularis observantiae decorem peregrinari compellantur, per Episcopum, in cujus diocesi monasteria fuerint, absolutionem consequentur. Sunt & alii casus, quibus ab alio quis, quam ab Apostolico ab hac excommunicatione absolvi poterit, ut ex ipsis Decretalium libris facile appareat potest.

Ex causa certis casibus absolutio potest delegari, h. d.

Is autem e quibus id certis casibus ex officio competit, non solum per seipsum absolvere, verum etiam aliis, cum expedire viderint, hujusmodi absolutionem committere poterunt.

Excommunicatio judicialis est, quam infert iudex, & cui causa committitur, omnia quae causam contingunt, censentur permissa, h. d.

Idem, siue Judicialis excommunicatio est, quae iudicis ministerio infertur. Iudicem autem hoc loco intelligimus, non solum ordinatum, verum etiam delegatum. Nam si cui per Apostolicum causa etiam simpliciter delegetur, nec litera commissionis de excommunicatione quaequam contineant, poterit nihilominus delegatus concessit sibi auctoritate ratione contumaces, ut supra diximus, Ecclesiastica severitate coercere.

Excommunicationis sententiam debet precedere monito: & debet fieri in scriptis, atque causam contineat, h. d.

Quoties autem causa suberit, ut iudex Abditum suum Ecclesiastica districtione coarceat (cum medicinalis f, non lethalis excommunicatio esse debeat) non aliter, quam competentibus praemissis monitionibus g, ad hujusmodi sententiam descendet, quam etiam

a Can. eos qui, eod. tit. in 6. b C. per verit. ext. eod. tit. c C. si d. tit. d Canon. ext. eod. tit. e C. si ext. de off. ord. f C. i. eod. tit. in 6. g Can. sacro apprehente, ext. eod. tit.

de scripti recitatione proferet, ita ut causam, ob quam profertur, expresse continet, aliaque observabit, quae tam generali, quam Lugdunensi concilio editis constitutionibus sunt comprehensa, earundem poenis, si contra fecerit, subiiciendus.

Iudex aliquem excommunicans, in dubio censetur inferre majorem excommunicationem. h. d.

Sed quari poterit a, si iudex illa verborum formula solus fuerit, illum excommunico, vel simili, qua de majori, vel minori excommunicatione quicquam non expresse fecit, utra magis, quis excommunicatus censetur? Et responsum est, non tantum minorem, sed etiam majorem ceteri per iudicem illatam: quoniam non modo à sacramentis, & fidelium participatione exclusio, sed alii praeterea multi consequuntur effectus.

Communicans excommunicati invidet in excommunicationem: & iudices jurare debent, quod excommunicati ab aliis legitime, & commercio aliorum abstineant. h. d.

Quorum ille praetereundus non est, quod quamdiu de excommunicatorum absolutione legitime non constat, qui cum ipsis excommunicaverint, ipsi quoque nullo obstante privilegio, ipso jure excommunicationem incurunt, decretumque est b propterea, ut ab Ecclesiasticis iudicibus seculares iudices Canonica praemissa monitione, Ecclesiastica censura compellantur, ut excommunicatos ab agendo, patrocinando, & testificando in suis curiis & iudiciis repellant.

Defectus, qui obvenit mihi ex te, non potes uti contra me ad tuum exemplum. h. d.

Debitum e tamen fuit, num is, qui excommunicato in locutione, vel oratione scienter communicat, excommunicatum ipsum à iudicio contra se instituendo summovere possit: cum ille communionem huiusmodi contra eum replicet: & cum is, qui impetitur, à sacramentorum perceptione sit remotus, alius vero etiam à fidelium, communionem, replicatione minime suffragante iudicium procedere non poterit.

Excommunicato communicari non potest ante absolutionem, etiamsi dederit cautionem juratoriam de parendo mandatis Ecclesiae, & Episcopus ex communionem reddiderit, etiamsi morte praeventus non potuerit absolvi. h. d.

Nec d ideo magis agere volenti communicari poterit, quod ipse ex consuetudine de parendo mandatis Ecclesiae juratoriam dederit cautionem, eique communionem Episcopus reddiderit, aut quod eos, cum quibus participavit, postmodum impugnavit: nam nisi post juramentum praestitum secundum formam Ecclesiae absolutus fuerit, nec cautio, nec perpetam restituta communicatio quicquam proderit. Quod ipsum obtinet e etiam, si post praedicta, morte quis praeventus, absolutionis beneficium obtinere non potuerit: nec enim is, cui vivo non communicamus, defuncto communicabimus.

Excommunicatus si ante mortem ostenderit signa poenitentiae, etiam mortuus potest absolvi. h. d.

Planè f si de mortui poenitentia per evidentia signa, dum viveret, constituerit, defuncto quoque absolutionis beneficium à proprio iudice impendendum erit, haeresisque ejus, ut pro ipso satisfaciatur, si sponte nolint, Ecclesiastica censura compelli poterunt.

Diffamato de excommunicatione non possunt communicare, nisi se purget vel ad cautelam se faciat absolvi: & toleratus ab Ecclesia non debet vitari, nisi in occulto. h. d.

Sed g et si qui sacrilega manuum injectione in edictum excommunicationis incidit, denunciatus quidem non sit, sed de patratò scelere publica laboret in-

a C. pen. ext. cod. b C. de crim. ius. cod. tit. in 6. c C. de ext. de except. d C. cum desideras & c. a nobis. secundo. ext. cod. tit. d. c. a nobis. f C. a nobis. el. secundo. ver. potest. ext. co. tit. & in fi. g Cum desideras & secundum. ext. cod. tit.

fama, nemo sibi pari ratione communicare debet, nisi vel ad arbitrium Episcopi de hoc se purgaverit, vel ad cautelam absolutionis beneficium consequatur: nisi forte a soli tibi de facinore constet: hoc enim casu, quando tolleratur ab Ecclesia, privatim tantummodo à te vitandus erit, ut saltem verecundia robore suffulcus, pro latenti excessu satisfacere compellatur.

Participatio criminosa cum excommunicato impliat partem eadem excommunicatione. h. d.

Sed multum interest, qualiter excommunicato, communicatur: nam si quidem crimini & criminoso communicavit quis consilium, puta auxilium, vel favorem impendendo, vel forte cum clericis ab Apostolice excommunicationis scienter b & sponte participaverit, & post in officiis receperit, eadem excommunicationis sententia involvetur, qua illi ipsi sunt obstricti: quibus cum ita ab eo communicatum fuit, cumque ratione damnamus criminis e in eum, qui damnavit, delinquere videatur, merito ab eo, vel si videtur, ejus superiore juramento praestito, delicti tunc erit absolutio requirenda. Et idem statuetur, si qui cum participibus suis excommunicatis fuerint.

Participatio cum excommunicato non criminosa, si sit participans minor excommunicatione, a qua per ordinem absolvi poterit. h. d.

Quod si aliter, puta d in choro, in mensa, in ecclesia, aut sermone excommunicato communicaverint, tunc minor tantum incurritur, & nulla interveniente juratoria cautione à proprio sacerdotè, vel Episcopo, absolutionis beneficium obtineri poterit: quamvis tunc tunc non iudicis, sed juris sententia excommunicato communicans sit illigatus, quia tamen conditor Canonicejus absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso relaxandi facultatem aliis concessisse videtur.

Communicans excommunicato in contemptum, incidit in partem excommunicationem. h. d.

Hoc e tamen tunc obtinet, cum non in contemptum Ecclesiasticae disciplinae cum excommunicato quòd commercium habuerit, nam qui contra prohibitionem sui praesulis excommunicatorum communionis sequestraverit, anathemate feriendus erit.

Si excommunicatus minori indurecat in ea potest communicari majori. h. d.

Quod si ex locutione & aliis similibus minori excommunicatione irretitus fortius indurecat, potest a iudice post Canonice monitionem f etiam minor excommunicatione, & consimili participationem illigari. Quod & in suspensionis, & interdicti sententia observandum erit.

Qua sit monitio Canonica. h. d.

Tunc g autem Canonice censetur esse monitio, si competentibus intervalis, atque aliis ritè observatis, eos, qui moventur, exprimat nominatim.

Ignorantia excusat participem cum excommunicato. h. d.

Interdum tamen excommunicato communicans nequius excommunicationis vinculo obstringitur, ut accidit in eo, qui cum illo conversatus fuerit, quem excommunicatum probabiliter ignorabat.

Episcopi debent propagare nomen excommunicatorum. h. d.

Vnde ut excusationis causis omnibus auferatur, providere debent Episcopi h, ut excommunicatorum omnium nomina tam suis parochianis quam vicariis Episcopis pariter indicent, eaque in celebri loco postea pro foribus Ecclesiae cunctis convenientibus incutiant.

a C. cum non ab homine. ext. cod. tit. b Ca. significavit. ext. cod. tit. c C. super a nobis. §. in primo. ext. cod. d C. super a nobis. §. in secundo. ext. co. tit. e C. super a nobis. §. de cler. excom. f C. constitutionem. ext. tit. in 6. g d. c. constitutionem. ext. co. tit. in 6. h Can. cura. sit. tit. §. i.



ut huiusmodi adhibita diligentia excommunicatis Ecclesiasticis aditus admittatur.

Omnes qui ante prolationem sententiae tenebantur excommunicatis communicare, tenentur etiam postea. h. d.

Vires quoque excommunicatorum, filii, servi, ancillae, rustici, seruiti, & omnes qui ante sententiae prolationem excommunicati obsequio tenebantur familiariter adherere, non solum a communione excusantur: verum etiam (praequam a in criminibus) communicare tenentur, cum sine illa debita praestare nequeant obsequia.

Necessitas, vel simplicitas excusat a communione cum haereticis. h. d.

Mercatores autem, & viatores, nisi aut creditores sint excommunicatorum, aut necessitatis imminet articulus, abstinere debent: sed si in terram excommunicatorum devenierint, ubi vel non possint ab aliis emere, vel unde emanant, non habeant, ab eisdem accipere poterunt: nec illos excommunicationis metus impedire. Praedictores quoque, praesertim qui alias sustentari non possunt, ab excommunicatis, & alienorum bonorum detentibus elemosynam licite recipere possunt. Idem juris est de iis, qui adeo sunt rudes, ut eorum consilio verifimiliter scelera perpetrari non possint: aut qui cum iis communicant, qui communicantur excommunicatis.

Quomodo coactus excommunicatus communicari non cadit in communicationem seculi, si qui solum metu communicet. b. d.

Ed an invitus b excommunicatis communicans excommunicationis laebe inquinetur, videamus: & si quidem sit per coactionem astrictus, cum magis hoc casu pari, quam agere videatur, excommunicationem non tenetur. Aliud statuendum erit, si quis per metum sit inductus: licet enim metus culpam minuat, quia tamen eam non proflus excludit, cum nullius metus obrentu mortale peccatum quis incurere debeat, excommunicationis poenam non evadet.

Communicatus excommunicato in convertendo, non est excommunicatus. b. d.

Item cum voluntate & proposito maleficia distinguantur, excommunicationis sententiam non incurrit is, qui excommunicatus in his, quae ad abolitionem, vel alias ad salutem eius pertinent, in locutione participat, licet & alia verba incidant, ut apud eum magis proficiat, interponat.

Abolutio ab excommunicatione ad cautelam peti potest. h. d.

Si quis tamen a ex his dubitet, vel ex aliis, ne non iudicis, vel canonis sententia sit innotatus, sese per competentem iudicem, juxta Innocentianarum constitutionum tenorem ad cautelam absolvi postulare poterit: quod & is qui minori innotatus est excommunicatione, exequi poterit.

Excommunicationis absolutio non debet peti omnino medio, nisi in notariarum sit consuetudo. h. d.

Ed hoc casu advertendum erit, ne omnino medio ab eo, qui tunc iudex non sit, abolitionis beneficium postulet. Pone enim quod suffraganei eujusdam subditus, puta, Archidiaconus, excommunicationis in tutelam sententiam, non jam a Metropolitanano, cum nec excommunicatus iudex sit, nec excommunicati, sed ab ipso suffraganeo absolutio petenda erit, nisi consuetudo e contrarium induxerit.

Sede vacante absolvetur, qui habet Episcopalem jurisdictionem. h. d.

Episcopali vero sede vacante s. capitulum, seu is, ad quem Episcopalis jurisdictionis tunc temporis pertinet.

a C. si concubina. ext. eo. tit. b C. si quis est can. ext. de vi que sunt vi. metus. c C. cum voluntate. ext. eo. tit. d C. 2. ed. tit. in 6. e gl. 2. c. referentia. ext. de prob. f C. cum de major. & ibid. in 6.

re noscitur, his, quibus posset Episcopus, si viveret ab excommunicationis sententia, sive juris, sive hominis fuerit, abolitionis beneficium impertiri poterit: nisi ei fuerit ab Apostolica sede specialiter interdicta potestas.

Superior de excommunicatione cognoscens, videns illam justam, debet excommunicatum ad inferiorem remittere, nisi in malitiositate differat absolvere: fecus autem, si comperiat illum injustam: sed si dubitetur, honeste faciet, si remittet. h. d.

Vbi vero superiori competit de excommunicatione cognoscere, si eam justam esse confiterit, veluti a cum propter manifestum excessum est in aliquem promulgata, superior iudex, nisi sit in mora periculum, excommunicatum ad excommunicatorem prorsus remittere debet: nec eum absolvet, nisi excommunicator requisitus dolo illi abolitionis beneficium exhibere denegerit. Si vero huiusmodi sententiam injustam esse constet, excommunicatus ad suum excommunicatorem nequaquam remittendus erit, sed sine difficultate debet absolvi. Quod si dubitetur, utrum justa sit vel injusta, superior illum tollere poterit: quamquam hoc casu honestius & convenientius egerit, si excommunicator deferat.

Vbi manifestum est delictum, non conceditur absolutio, nisi praevia cautione aliis secus. b. d.

Manifestum b autem excessum illum esse intelligemus, qui vel per confessionem, vel probationem iudicis notus fuerit, vel sit adeo res evidens, ut nulla possit tergiversatione celari. Quo casu e non ante concedenda erit absolutio, quam idonea pro delicto praestetur satisfactio: ceterum si de admissio dubitetur, ut sententia relaxetur, sufficet, si de parendo mandatis Ecclesiae legitime cautum fuerit: quamquam si pro simplici contumacia excommunicatus, solum de stando juri cautionem exhibuerit, absolvendus erit.

Si pars se dicat post appellationem, vel alias nulliter fuisse excommunicatum, sunt super hoc partium admittenda probationes, ut appareat, an quis indigeat absolute. h. d.

Multum etiam intererit, utrum abolitionis beneficium postulans, se post appellationem ad Rom. Pontificem legitime interposuerit, vel alias nulliter excommunicatione innodatum conqueratur: an vero simpliciter injuste se proponat excommunicatum. In primis enim specie, si Episcopus sit probare paratus, se in illum, antequam vocem appellationis emitteret, sententiam protulisse, antequam decerneretur aliquid, utriusque partis super hoc probationes sunt admittendae: per quas denique apparebit, an absolute indigeat conquerens, vel potius non ligatus sit denunciandus.

Si quis dicat se injuste excommunicatum, prius est absolvendus, antequam sint admittenda probationes super iustitia excommunicationis. h. d.

Aliud juris erit, cum injuste se quis excommunicatum asserit: tunc enim si Episcopus, ut ostendat quod iuste excommunicaverit, probationes suas admitti postulet, audiendus non erit: nam etsi constaret excommunicationis sententiam iuste promulgatam, nihilominus humiliter postulant esset absolutio impendenda: ideoque hoc casu protinus juxta formam Ecclesiae congruentem absolvendus erit, ut demum probationibus utriusque partis admissis, utrum iuste, vel injuste quis ligatus fuerit decernatur.

Innotatus pluribus non potest ab una tantum excommunicatione absolvi. Et absolutio subreptitia non tenet. h. d.

Quod si quis pluribus innotatus a excommunicationibus, etiam ex eodem facto descendentibus, de una tantum causa velit satisfacere, communioni ob id restituendus non erit, nec per veritatis suppressionem extorta absolutio sibi quicquam proderit.

a C. venerabilibus. b. sanc. eod. tit. in 6. b C. cum olim. extrav. de verb. sign. c C. ex parte. in fi. de verb. sign. extrav. d C. cum pro causa. ext. eod. tit. e C. officii. in fi. oec. d. tit.

Si ordinarius fiat per surreptionem impetratam ab Apostolica sede absolutorem, debet remittere perperam absolutum ad sedem Apostolicam: si vero hoc fibi non constet, sed suspicetur, debet absolutum cogere ad purgationem. h. d.

Quinimo si confiterit a excommunicatum occultatis excessibus, pro quibus in iudicio lata fuerit, excommunicationis suae causam aliam pratendentem, ab Apostolica sede absolutionis beneficium impetrasse, eundem debet ordinarius Ecclesiastica censura compellere, ut cum literis suis rei veritatem contingitibus ad sedem Apostolicam redeat: si vero illud liquidò non confiterit, eum tamen ordinarius, quòd veritatem confessus non fuerit, suspectum habeat, ad purgationem pratendam, quòd verum falsus fuerit, compellet.

Absolutus vi, vel metu, duplici excommunicatione innodatur. h. d.

Illud etiam admonendi sumus, quòd licet vi, vel metu facta regulariter mero iure teneant: si quis tamen ab excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententia, absolutionis aut revocationis cuiuscunque beneficium per vim vel metum extorserit, vel illud violentia crecat audacia, qui absolutionem, vel revocationem vi vel metu extorserit, quasi propria confossus sagitta, iteratè excommunicationis sententia subiacet.

Excommunicatus, cui Papa communicat, non propterea censetur absolutus, nisi Papa id exprimat. h. d.

Novissime b sciendum est, quòd si Apostolicus etiam scienter excommunicato participet literis, fortè cum salutationis alloquio destinatis verbis c, osculo, seu alio quovis modo, ipsum per hoc absolvere nulla ratione censetur, nisi forsitàn exprimat, velle illum ex hoc pro absoluto haberi. HÆC de excommunicationis sententia delibasse sufficiant: nunc de interdicto Ecclesiastico & suspensione pauca discipiamus.

DE ECCLESIASTICO INTERDICTO. TITVLVS XIV.

Interdictum aliud iuris, aliud iudicis: qua distinctio exemplis declaratur. h. d.

Abent Ecclesiastica interdicta cum excommunicatione multa communia: nam & illorum alia ipso iure inducuntur, alia iudicis sententia. Iuris ipsius dispositione interdictum inducitur, veluti cum civitas, vel universitas in electione Romani Pontificis servanda non servaverit, aut in necem Cardinalis aliquid machinata fuerit, sive ab Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis aliquid extorserit, aut usurariis domos commoda-verit. Item cum in Ecclesia sanguinis vel humani seminis effusione polluta, aut simoniacè consecrata, celebrari iure vetatur.

Celebrans in Ecclesia polluta, vel simoniacè consecrata, non incurrit irregularitatem: scilicet, si alia ratione violat interdictum. h. d.

Est e autem inter hæc differentia non modica: nam si quis in ea Ecclesia celebret, quæ vel polluta sit, vel simoniacè consecrata, licet hoc temerarie faciat, nullum tamen ob id irregularitatis laqueum incurrit: is vero si, qui scienter celebrat in locis alia ratione interdicto suspensis, irregularitatem incurrit, à qua per alium, quam per Romanum Pontificem, liberari non poterit, nisi aliquid super hoc privilegio, vel iure muniri fuerint.

Quid sit iudiciale interdictum. h. d.

a Cex part. tua. ext. de off. ord. b Clem. fin. eo. 11. c Can. si aliquando. ext. eo. 11. d Cui qui. de sent. excom. in 6. e dist. asp. is qui. 5. fm. f dist. can. u. qui. 5. fm.

Iudicis sententia tunc inducitur interdictum, cum competens iudex ex aliqua causa terram, vel homines iuris arcendos pronunciat ac precipit.

Interdictorum quaedam generalia, quaedam specialia. h. d. Versus interdictum, quod prolatione iudicis inducitur, aliud est generale, aliud speciale. Generale interdictum est, non solum cum regno & Provincia, sed etiam cum castro & villa divinis interdicuntur. Specialia autem inter plures Ecclesias pauca, vel una interdicuntur.

Interdictio loco principali censetur interdictum accessorium vicini & contigui: & dispositio iudicis non debet posse reddi casum. h. d.

Et si quidem civitas, castum, aut villa a generali interdicatur, non solum quæ murorum continentur ambitu, censentur interdictio supplicia, sed etiam illorum suburbia & adificia b continentia: alioquin si in illis locis possent licite celebrari. Ecclesiastica enim facile contentem possent. Eadem quoque ratione si specialiter Ecclesia sit interdictio supplicia, nec in capite ius celebrari, nec in coemeterio eidem Ecclesie carnis sepeliri poterit.

Respectu personarum interdictum Ecclesiasticum est frivolum interpretandum: & unus non potest pro delicto alterum communicari. h. d.

At non, sicut in locis, ita & in personis lato est interpretato: ideoque c, si sententia interdicti patet in populum, clerus interdictus non intelligitur, e converso: unde interdictio alterius ad deum non tenet admittitur. Sed & si propter delictum domorian pro pecuniaria causa sine speciali sedis Apostolicæ patentes literas expressa licentia, interdicti fuerint non poterit vel rectoris civitas sit interdicta, vel culpabiles non existunt, alibi divinis licite interdicuntur, nisi cives quoque propter dominum, vel personam puniendum interdicti fuerint. Quòd quidem in excommunicationis sententia contingere non poterit: neque enim pro peccato unius alius, pura ipsius familia, communicari poterit.

Interdicta univervitate, & singuli de universitate censentur interdicti, ne interdictum reddatur elusivum. h. d.

Item d cum loci alijus populus Ecclesiastico interdicatur, singulares ex eo pensiones, quæ interdictas esse constat, ne sententia effectu careat, non debent alicubi, casibus expressis à iure dumtaxat exceptis, audiri divina, vel Ecclesiastica recipere sacramenta: cum interdictum non auditio, & sacramentorum perceptio populo, ut univervis, non competat.

Regulariter tempore interdicti parvi quæ impediunt, & verbum divinum audire. h. d.

Excepti s verò casus sunt: qui ne suspensio, excommunicatio, & penitentia facerentur, vel ad verbum divinum audiendum admitti velint, cum si infirmi sint, quum si sint in bona valetudine constituti. Quòd tamen in his, qui interdictio causam dederunt, non obtinet infirmitas: sed in eis Bonifacianæ f continuationis forma observanda erit. Quæ & alia quaedam interdicti tempore tenè benigne indulget, ut ex ipsius constitutionis perpetuonore facile appareat poterit.

Tempore interdicti potest conspici sacrum Chrisma: sed vobis extrema, Ecclesiastica sepultura, & divinum obsequium prohibita, nisi concessa quibusdam sint ex privilegio: & vobis interdictum incurritur excommunicationem, non absolutionem per legem. h. d.

Vt ut g igitur interdicti tempore iure Christi utimur unctioe, sic licet regio sit interdicta

a C si civitas. de sent. excom. in 6. b Corrige sent. de sent. de sent. excom. in 6. c C si sententia cum veri. de sent. excom. in 6. e C responso nostro. ext. de sent. excom. in 6. f Ca. quoniam in. de sent. excom. in 6.

